Si vero, quod absit, concubinarii ipsi post monicionem et requisicionem huiusmodi ipsis factam anno integro elapso adhuc ab ipso detestabili concubinatus vicio abstinere non curaverint, tunc ad penas iuris adicientes similiter statuimus et ordinamus, quod nullus preter episcopum aut ab eo specialiter ad hoc cum expressione proprii nominis deputatus potestatem habeat clericum sive presbiterum publicum concubinarium post factam et sibi insinuatam ammonicionem absolvendi, qualescumque eciam litteras confessionales habuerit, quodque omnis talis eo ipso, quod concubinam habet et secum deliquit, sit ab officio suspensus quo ad se et alios, ac quod episcopus post binas impensas absoluciones amplius a suspensione non absolvat, sed bene a peccato, et debitam desuper iniungat penitenciam. Si autem concubinarius ille se emendaverit, tunc archiepiscopus eciam tercia vice ipsum ad suorum execucionem ordinum restituere poterit; sed nunquam deinceps. Et quod concubina huiusmodi concubinarii post primam sibi factam admonicionem pro excommunicata quo ad hominum communionem habeatur et ecclesiastica careat sepultura.

Ac clericus adulterium aut cum moniali aut alia filia spirituali incestum committens nullatenus nisi per episcopum in persona aut illum, cui id specialiter commiserit, absolvatur, qui eciam desuper acerrimam penitenciam iniungat. Si autem tale delictum publicum fuerit, tunc clericus ille excommunicatus existat et non nisi a papa absolvatur. Potest autem omnis concubinarius aut cum filia spirituali fornicarius publicus ab ordinario quocumque deponi, si delicti enormitas et perpetratum scandalum id exposcunt. Datum *usw.*[2])

---

25 Et *fehlt, steht aber sonst regelmäßig.*

---

[1]) *Konkubinarierdekret der XX. Session von 1435 I 22; COD 485–487. Über das Verhältnis von* Nr. 1414 *hierzu s. Meuthen, Deutsche Legationsreise 468. Das Basler Dekret hatte Provinzialkonzilien und Diözesansynoden damit betraut, über seine Ausführung zu wachen.*

[2]) *Weitere Verkündigungen des Dekrets in der hier vorliegenden Grundform 6a:* Nr. 1427, 1478, 1560 *und* 1576. *Nach mehreren individuell abgefaßten Anordnungen* (Nr. 1567 *und* 1584) *erfolgte eine generelle Neufassung 6b:* Nr. 1845, 1880, 1965 *und* 2048. *Vgl. auch* Nr. 1874 *Z. 71ff. mit Anm. 6.*

1451 Juni 25, Magdeburg. **Nr. 1415**

NvK an Eb. Friedrich von Magdeburg und alle Bischöfe und kirchlichen Personen in der Provinz Magdeburg. Er veröffentlicht sein Reformdekret Humeris nostris *(Nr. 7) mit dem Verbot der Verhängung des Interdikts in Schuldsachen.*

Erste Fassung:

Or., Perg. (S): Magdeburg, *LHA, ehemals: Erzstift Magdeburg, jetzt: Rep. U 1 XVI A 27. Auf der Plika:* H. Pomert. *Rückseitig u.a.:* Secunda.

Kop. (15. Jh.): Berlin, *Staatsbibl. — Preuß.Kulturbesitz, Ms. Magdeburg 31 f. 408ᵛ;* Hildesheim, *Dombibl., Hs 787 f. 183ʳ. Zu den Hss. s.o.* Nr. 1388.

Deutsche Übersetzung (15. Jh.): Magdeburg, *LHA, Cop. 26 (früher: Cop. XXII) f. 242ʳ–243ʳ; zur Hs. s.o.* Nr. 1388.

Zweite Fassung:

Kop. (1451): Rom, *Bibl. Vat., Vat. lat. 3934 f. 169ʳ (= V). Vgl. oben* Nr. 1409.

Erw.: Halle, *Univ.-Bibl., Qu. Cod. 107 f. 183ᵛ, Zitierung bis* igitur *Z. 4 (Mitte 15. Jh.) (zur Hs. s.o.* Nr. 1388*); Dittmar, Handschriften I 19; Uebinger, Kardinallegat 645; Vansteenberghe 135 und 485; Koch, Umwelt 125; Sawicki, Concilia Poloniae X 158; Fliege, Handschriften 158; Meuthen, Deutsche Legationsreise 470f.; Giermann-Härtel, Handschriften II 99.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

Die Abweichungen in V zeigen teilweise Übereinstimmungen mit den später folgenden Ausfertigungen; dementsprechend unsere Anordnung der beiden "Fassungen". Die volle Wiedergabe der Datierung (Ort, Wochen- und Monatstag, ausgeschriebene Jahreszahl und Pontifikatsjahre) samt Siegelerwähnung lassen auf eine (zumindest beabsichtigte) Ausfertigung auch der zweiten Fassung schließen.

Nr. 1415 *knüpft ohne direkte Nennung an die Konstitution* Provide *Bonifaz' VIII. an; c. 2 de sent. excomm. in Extrav. comm. V 10. Vgl. etwa den Betreff* pecuniarium debitum *Z. 9. Die Beschlüsse der Mainzer Provinzialsynode werden* Provide *dann ausdrücklich in ihren Kanones-Text aufnehmen; s.u.* Nr. 2064 *Z. 48–51. Dagegen steht das Dekret der XX. Basler Konzilssession* De interdictis non leviter ponendis *(COD 488), das z.B. Schröer, Kirche in Westfalen II 44f., für* Nr. 1415 *heranzieht, hier nicht zur Sprache. Doch scheint sich das Dekret des NvK in eine allgemeine Reformtendenz bei der geistlichen Gerichtsbarkeit einzugliedern. So ordnete noch 1560 der B. von Münster an, daß über Laien, die am Offizialat wegen Geld oder Geldeswert verklagt oder verurteilt wurden, kein Kirchenbann verhängt werde; W. E. Schwarz, Die Reform des bischöflichen Offizialats in Münster durch Johann von Hoya (1573), in: Westfäl. Zs. 74 (1916) I 161ff.; Schröer, Legation 313 Anm. 28. In Osnabrück hatte der Schuldbann 1525 die erste Veranlassung zum Aufstand gegeben; Berning, Bistum Osnabrück 228. Vgl. auch Anm. 1 zu* Nr. 1479. — *NvK hatte sich im übrigen auch früher schon gegen abwegige Interdiktverhängung ausgesprochen; s.o.* Nr. 141 *Z. 206–212. — Lit. zur Sache allgemein s. Helmrath, Reform 114f.*

Humeris nostris licet insufficientibus impositum legacionis officium nos excitat, ut propensiori cura intendamus, ne per ecclesiasticorum iudicum iurisdictiones, per quas inobediencium precipue et delinquencium peccata puniri debeant, divinus cultus diminuatur aut per illas pauperes nimium pregraventur. Auctoritate igitur apostolica, qua fungimur in hac parte, de vestrorum eciam reverendissimi et reverendorum patrum archiepiscopi et episcoporum predictorum consilio et assensu, districtius inhibemus, ne per civitatem, diocesim et provinciam Magdeburgen(ses) a diocesanis, archidiaconis seu aliis quibuscumque 'iudicibus' aut eorum officialibus propter quodcumque 'peccuniarium debitum' aut divinorum cessus aut eciam ecclesiasticum ponatur 'interdictum' seu contra participantes aliquomodo 'procedatur'. Quinymo volumus, quod, si quis archidiaconorum aut 'iudicum' huiusmodi seu eorum 'officialis' quicumque id fecerit, eotunc interdictum et cessum divinorum eosdem nullius existere roboris vel momenti ac archidiaconum, iudicem seu officialem in hiis excedentem per sex menses a iudicando esse suspensum, declaracionem inferioris iudicis superiori committentes, nolentes tamen per hoc excommunicatos, qui ultra annum in excommunicacione steterint, quos non excusat inopia, in aliquo privilegiari, quin contra eos ob clavium contemptum procedi possit. Prohibemus eciam archidiaconis, iudicibus et officialibus prefatis, ne de causis ad eorum forum ex privilegio seu approbata consuetudine non spectantibus se aliquatenus intromittant.

Quocirca vobis archiepiscopo et episcopis prefatis committimus, ut in hiis delinquentes archidiaconos, iudices et officiales cum vestrorum consilio capitulorum seclusis ipsis, quos tunc concernet materia, absque personarum acceptione debite eciam puniatis et ea, que circa sallaria nunciorum, notariorum, procuratorum et sigilliferorum pro pauperum alleviacione emendanda et moderanda inveneritis, emendetis et moderare curetis, prout melius fuerit faciendum, singulaque premissa et sic ordinata faciatis censura ecclesiastica mediante firmiter observari. Datum *usw.*[1])

V: 5 de — eciam: ac eciam de   6 predictorum: prefatorum   7–8 a — officialibus *fehlt*   10 aliquomodo: propter questum   11–12 quis — fecerit: secus factum fuerit   12 eosdem: eosque   13 archidiaconum *fehlt*   16 steterint: steterunt   non excusat inopia: inopia non excusat   17 archidiaconis *fehlt*   18 prefatis *fehlt*   21 archidiaconos — officiales *fehlt.*

---

1) *Weitere Verkündigungen des Dekrets:* Nr. 1450, 1479, 1561, 1577, 1591 *und* 1620 *sowie Nachträge* Nr. 1524c. *Eine ausdrückliche Berufung auf* Nr. 1415 *s.u.* Nr. 2012.

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.